

Discursus Studenticus ...


[1] : Peri Pardenu Pardenian uno nixu m phdeiruss In Honorem ... Domini Caroli Henrici Möllers/ Juris Utriusque Candidati ... Pro Licentia Summos In Utroque Jure Honores Et Privilegia Consequendi, Summo Cum Applausu De Mandato Praesumto Disputantis Compositus Oblatus A Virgine Quae Est, Generis Masculini

Rostochii: Adler, [1732]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828610258>

Band (Druck) Freier  Zugang






MK-7973^a.



262

Fr. Bachmann



15 Briefen

1732-75

Wol micrum

U. - Bibe hat unser Anteil!

2262

10.

DISCURSUS STUDENTICUS

Περὶ

Παρθένης

Παρθένας uno nixu μὴ φθειρώσης

IN

HONOREM

VIRI PRÆNOBILIS ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

CAROLI HENRICI

Söllers,

JURIS UTRIVSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

ET PRIVILEGIA CONSEQVENDI,

SUMMO CUM APPLAUSU

DE

MANDATO PRÆSUMTO

DISPUTANTIS

COMPOSITUS OBLATUS

A VIRGINE

QVÆ EST,

GENERIS MASCULINI.

Geschenk
6. VI. 1905

R OSTOCHII,

Typis IO. IAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.

Typographi.

1732.



Nimium inter & parum sapius peccatur. Hic in defæta, ibi in excessu. Cum & hoc multoties accidat virgines penes, monendæ sunt cum Rivandro, ut non sint nimis lascivæ, non nimis pudibundæ. Ut istas alto silentio transeamus, harum duæ adducantur. Sic nimis pudicitia indulfit illa virgo Taubmanno per Sacerdotem in matrimonium data & copulata, recusans cum ipso lectum inscendere, adeoque se dare quieti. vid. Taubman, redivivus L. J. 6. Eadem rabie & laboravit virgo quædam ex Gallia, quæ nimio castitatis & pudicitia amore ducta literam Q eloqui peccatum ducebat, potius: la lettre qui suit P effrens. Ah rara avis! o si tempora non mutarentur, nec &c. Sed nunc Rebecca virginitas rarefcit; phrasis Terentiana: HABET vilefcit, **die Jungferschafft hat den Zals zerbrochen.** Quidni hodie annuntur locum obtinere in prædicamento actionis, cognoscendo scilicet virum, cum illa tamen ne in Passionis quidem esset, nam vir nondum cognoverat eam, quare identitatis sive ut Ovidius loqui amat *mutui solatii* adeo avidam ipsam non fuisse videre licet, quemadmodum hodiernæ Logicæ Studiofæ ex Studiofis quærere feruntur: Quæ? qualis? quanta? Tantum enim aberat, ut sciret, relata esse simul naturâ, composita meliora simplicibus, concretum perfectius abstracto, ut potius esset sancta simplicitas.

§. 2. *Alt apagè Rebecca, alias hodie te cum Lucretia expositura es risui.* Judæi lacrymas de virginitate effusas absurdi quid habebant, inquit veneris orbis. Ex ente fiat non ens, *wenn es ja so weit kommen solte*, atque deportetur in *Bademulden*, sic ejus nec morales (*es ist Mause still*) nec naturales, *denn der Zgel* citius foetum excludens, (periculum enim in mora) non tot afficitur passionibus, erunt affectiones. *Das waren prave Jungfern*, de quibus Curt. Libr. 5. Cap. I. dicit, quod imis velamentis abjectis pudicitia valedicentes comitatem vulgati corporis vilitatem duxerint. *Jungfer hinten, Jungfer vorne.* Omne bonum est sui communicativum. Unde & *Edgar* ex Svevia, *Tiridas* ex Austria &c. sapius subjacendo & frequentiori tactu acquirentes optimæ dicuntur. Interim ne qua virgines hoc modo ex rerum universalitate eradicata videantur, dabo demonstratum, quod adhuc in pleonasmio virgines quoad utrumque genus spectata dentur, imo ipsarum virginitas uno nixu non perdatur.

§. 3. Quoad prius parcior verbis ita; Posito proprio ponitur & id

& id cuius est proprium. Sed ponitur subjectio, quæ est proprium quarti modi virginum, unde & dicuntur subjecta, *Untet: Betten, Ehippia.* Ergo & virgines, in quas subjectio cadit. Si igitur virgines sunt, & erit virginitas, nam posito concreto ponitur abstractum. Major est Philosophorum i.e. amantium Sophia, quæ est virgo, qui vero hoc negaret, ipsi dicam scriberent. Cum igitur Major vera est, & minor vera erit. Nam si quod majus est verum est, & id quod minus est verum esse debet. Jam vero prior propositio, quæ major, vera est, Ergo & erit vera, quæ minor, adeoque Conclusio non claudicabit, nam ex vero non nisi verum sequitur. De cætero his fidem denegans quærat ex omnibus virginibus, numne ipsis sit virginitas? & acceptam vocem multiplicato sono relaturæ clamabunt: Sumus virgines, vel cum Præfens sit imperfectum, E. perfectum perfectius sonabit; Fuimus Troes. En! igitur virgines secundum dici. Hæc ad quæst. An sit?

§. 4. Nunc: Quid sit? Nomen virgo igitur qua ætymologiam considerandum nobis erit. Hæc aliis dicitur a vigore, aliis a virore, adhuc aliis a viro litera γ interposita, quæ ultima derivatio & mihi verosimilior videtur, quia jam Adam suam Evam ita nominabat cum diceret illam *ein Männlein*, erat enim pars viri, hincque per γ Adami tota virgo constituebatur. Virgo vero Jctis multifarie accipitur atque tribuitur jam viventibus, jam non viventibus. His ut sexto Zodiaci signo, triremibus aquæ nondum immixtis imo cuilibet rei in corruptæ, quemadmodum Philosophiæ apud Cic. in oratione de Clav. orat. Illis ut Rosis vid. Catullus, ubi non in hac acceptione pro animatis vel læe vel stricte vocabulum virginis sumitur. Late enim vel primo virginis partui, hominique masculini generis &c stricte non nisi denotat puellam adhuc impuberem, quam vir nondum cognovit & hæc Jctis viripotens audit in L. 13. de V. S. L. 101. ff de Cont. & demonstr. Synonymice autem exprimitur puella, vel mulier, generaliter autem hac voce accepta, ubi mulier a virgine non ratione sexus, sed tantum qualitatis & differentiæ specificæ differt. Liberiori stylo hæc diducta videre licet in diff. juridic. de jure virginum. Cap. I. Thef I. seqq.

§. 5. Porro ad virginis definitionem realiter consideratam progrediens, reperio multifarie a multis virginem descriptam, adeoque crucem Aristotelicam hic valere in ipsa accurate describenda. Quippe Physici pariter ac Moralista se hic subtiliores gerunt, quam Scotus. Proinde & mihi in eligenda ipsius definitione si qua erraero, nemo

uccenseat velim. Non igitur virgo erit describenda, quemadmodum Plato (*der vielleicht ein verliebter Wurm*) vult, quod sit media creatura. Nec moror Aristotelem sexui sequiori nimis injuriosum virginem aberrationem naturæ adeoque monstrum dicentem. Nec assentior Acidalio neganti, virginem esse hominem, quam refutatum videas in Gedicci diss. contra ipsum scripta. Ut hac vice silentii peplo involvam Fleury, Coelii secundi Curionis, Bellegarde &c. datas descriptiones. Nec curo Bertachini descriptionem, quod proprie sit foemina intacta, quæ virum venerisq; actum nondum experta, adeoque innupta sit. Præprimis vero arridet mihi illa in Thesauro jocandi & ridendi ad Melancholicos conscripto p. 23 I. virgo est ens refartibile, ubi genus est ens, refartibilitas vero adhibetur loco differentia specificæ. Quæ descriptio extra omnem controversiæ aleam posita est, quia omnia non integra sunt complenda & refartibilia E. propylæum virginis effarturam admittit. Hoc probatur a priori, ubi non est quantitas continua, sed discreta, in qua implenda *der Mann das beste thun muß*, cujus rei testes sunt verbera depositoria. Unde hæc in dubium vocanti opus est potius demonstratione physica, quam Sylogistica demonstratione. Sed obiter, necesse est se subjiciant, *s. daß sie sich unterthänig machen*, alias enim impedit, quo minus &c hacque cautela observata uti clementer tractatam benigne excipias, dicente magno Philosopho Svarez.

§. 6. Inter affectiones virginis & est divisibilitas. Hancque facile superledere possem nisi eheu! hodie moraliter non minus atque physice divisibilissimæ (ut ita dicam) essent, quare alia est pauper, alia dives; alia matura, alia minus; alia libera, alia serva; alia destorata alia illibata. alia, nunc, alia olim virgo, i. e. *eine die schon Wurmstichicht*; Quæ in ultimo respectu sumta admodum curiosam movet questionem: Cujus generis sit? Resp. distinguendo inter genus Logicum & physicum, sicque erit juxta hoc generis communis, ita enim solemus: Est commune duum &c. quæ vero actum gignendi *s. generativum tantum* respiciunt; vel generis dubii, quia objectum (*das Ober-Bette*) vocatur in dubium.

§. 7. His præmissis in aprico erit quod dentur virgines. Definitio enim testatur de definito An & quid sit. Nec ullum dubium cuiusmodi votum iri credo de existentia virginum, quia alias, Jus virginum, frustraneum de quo multa JCri; multo minus aliquis dubitabit de virginitate quæ omnino datur, est enim hæc forma subjectum denominans. Quid? quod Moscovitæ sic nunquam non fallerentur, qui non
nisi

nisi virgines in matrimonium ducere dicuntur, nec non Græcorum Clerici vid. Danhaueri *disp. de religione Moscovitarum* Cap. 2. & *defensio disp. refut. de Ecclesia Græciana hodierna* Artic. 3. §. 1. Quo in vero virginitas consistat, de eo non satis convenit inter eruditos. Ceteris missis plurimi volunt esse magis morale quid quam physicum. Quam sententiam vero missam hac vice faciamus, quia videtur peccare in can: Quicquid dicitur de forma, dicitur etiam de formato. Jam vero si forma virginis consisteret in moralitate, & formatum quid moralitatis includeret. Ultimum vero non procedit, Ergo nec prius, alias multis virginitatem imputaremus. Ut igitur partes traham ad Chilhaus, in arbitr. *Judic. Cap. 6. p. 7. §. 183. num. 1.* dico eam qualitatem naturalem. Nam si quid morale subjectum auget vel minueret æstimationem & dignitatem accidentis; sed nunc unius virginitas non præstat alterius. Si quis contrarium statnerit, faxit. Ego cum Logicis Respondeo: Postulatur, **Der Herr nehme sie vor** & sic innocenti referat num naturalia præsent arte paratis, an vero difficiliora facilibus; Num continens fuerit majus contento, actus secundus perfectior Imo. **aber** jam conjecturando facile licet assequi, **daß die Klöster werden gemeiner seyn, als die Gabe der Jungferschafft** dicente Luthero Tomo II. Jen. germ. in *Epist. ad Leonhard. Köppen. fol. 231.*

§. 8. Ipsam rem aggressuri scilicet virginitatem uno nixu (sive sumas hunc terminum pro ratione agentis active s. pro ratione patientis passive aneo idemque erit) non perdi, nostras rationes, quibus id probatum ituri sumus, afferemus, unde patebit magis eam stabiliri. Prima igitur erit, quod perdere sit contento privari, quia autem id virgines etiam post nixum in æternum negabunt, imo ad ravim usque pernegabunt, & etiam ipsa virginitas apud ipsas adesse præsumitur juxta Finkelthuf. *observ. 30. num. 38.* donec graventur indiciis v. c. cum studiosi nocte eas frequentant, licet non in aprico utrum tactus an actus venereus accedat, siquidem mihi non videntur hi ipsas docere: Pater noster, ut loquitur Balduinus, quamvis & dicant se ipsis oscula charitatis figere tantum (a qua tamen charitate libera nos Domine;) idcirco asserentibus virginitatem eamque simulantibus regulariter credatur, *Alex. Vol. 8. Conf. 229. num. 2.* Jam vero si ista virginitate vel privarentur, ista privatio reale quid esset, sed spero fore ad calendæ græcas ut audias vel membro aliquo, exceptis ægyptiorum scæminis, quæ circumcisæ esse teste Galeno, & adhuc circumcidi asserente Alpino apud **van der**

Waeyen in variis sacris p. 332. feruntur, mutilatam aut corruptam intrinsece vel extrinsece virginitatem. Experientia & satis testatur quod sint virgines ante nixum, id quod vel meridiana luce clarius; imo in nixu nam omne praesens est imperfectum, Ergo & post nixum virgines erunt, quia perfectum & plusquamperfectum est futurum. Unde patet virgines, quibus non animus rectus, sed diminutivus & obliquus arridet (*die sich schon*) & quarum ex labiis noscitur quantum sit antrum, longe perfectiores esse longeque amabiliores redditas. Nam ars naturam perficit componendo quod antea dissolutum, adeoque in amplissimum vigorem constituendo, ut sic postea jucunditate quamvis non raritate faciliora praesent difficilioribus. Quibus ut plus soliditatis accedat ita: si perditur uno nixu virginitas, perditur deperdenter, sed nunc non deperdenter, Ergo nulla perditio feriet virginitatem. Quin imo si qua patitur se stipite tangi aut est virgo aut non est virgo. Si est virgo aut uno nixu perditur, aut non perditur. Sed uno nixu perditur, ergo uno nixu non perditur Praemissae sunt verae, ergo & conclusio. En!

§. 9. Ratio 2da ad thesaurum nostram stabiliendam desumitur a depositione, quae omnino licet juxta Sanctissimam JCtorum regulam: virginem deponere licet. Studiosi enim, ut perfectiores reddantur, grobianitas per depositionem excutitur, unde signum depositionis, quare cum parium par est ratio & hic obtinebit illud:

Sit similis - - - - -

Hoc petit in Socio virgo venusta viro.

Quod si ligneitas quorundam *κνηβελορριμ* sapius indolata sit, ut adeo *δια της αξινης* academicae tolli oporteat, qua sublata perfectissimum acquirant, eoque modo omnes naevi tollantur, ut nullibi praeter in labiis & capite maneat crinis caeteris rasis uti Jul. Caes. L. V. C. 14. & eadem ratio hic erit cum virginibus. Nam imperfectae sunt a natura, grobianitas ipsis inhaeret, quare natura ipsis optulari atque mederi cupit, ideo virilis clavus prius, quam clavis recludat claustrum virginalis firmare debet deponendo ipsas. Jam vero haec non consistunt in privatione, sed positione infigitur enim clavis, quia relata sunt simul natura quorum violato uno & alterum violaretur, sed non violatur masculinum ergo nec foemininum, unde se subiciant nusquam non necesse est, modo errores naturae & grobianitates, quas sibi a natura inditas agnoscunt, tollantur paratiorisque sint ex suo peculiari temperamento ad hunc istumve in se suscipiendum actum, ut concurrentibus circumstantiis per contraria recepta suo

suo subveniat morbo. Imo si cum sint a natura humidæ ac frigidæ, necesse est, ut humiditas & frigiditas, morbus omnium crassissimus & grobissimus per vim contrarie agentem & subtilitatem virginittatis efficientem in virginibus depositis eradiceretur, sicque natura ipsarum sublevabitur & perficietur. Velint ea propter noliutve, si aliter finem felicem attingere cupiunt se subjiciant, deponant, ne qua grobianitate ad perfectiorem gradum invalescente opus sit inhaurire **Prech Pulvers**. Id quod sæpe causatur sexus sequioris calliditas ad quæstum suum parandum nimis avara. Sed absit hic multum mirari multumque rimari. Patiantur Ergo verbera depositoria, grobianitas avolabit virginitas subtilissima fiet, & quod maximum hæreditas quamvis non Jctorum Latinorum tamen Ebræorum ipsis manebit i. e. in conjunctione continuatorum duorum nullum perit, utriusque opes augmentur. Quænam igitur privatio?

§. 10. Tertia ratio suppeditatur a Salomone cum hic inter tria suam penulam transcendentia & hoc adducit; viam maris in עֲלֵמָה quis agnoscit; studio non נַעֲרָה; non כְּתוּלָה quas voces nec nos hic attendamus; sed עֲלֵמָה id quod denotat teneram virginem virum nondum expertam, non obstante sententia contraria R. David Kimchi. Si igitur nullum signum, nullum adjunctum datur, ex quo judices hanc vel illam hunc vel illum expertam nec erit amissa virginitas; a posteriori enim id probari posse, negat Salomoni si igitur nullum signum amissæ virginittatis, stabilita potius erit nitendo, nam contrarium contraria est ratio. Et sicuti via non perditur calcitrando & ambulando, sed potius stabilitur & consolidatur; ita & cum similibus similis sit ratio virginittas non deperditur, etiam si viator unum longum & duos breves secum comites habeat, tamen via eadem erit & manebit. Imo sicuti via non annihilatur; ita & virginittas non in nihilum redigetur, sed potius si & quædam interruptio fiat, tantum in sua principia eam resolvi firmiter & tenaciter tenendum est. Et sicuti janua viæ quando aperitur (imo vel centies millies aperiat) hoc ipso viam non violat, aut eam latiore aut angustiorem reddit, sed eam potius inextensibilem retinet; Et virginittatis via se ita habebit. Accidens enim non mutat rei substantiam. Nam alias viri virginittas uno nixu perderetur, sed falsum est hoc Ergo & illud, sequela patet, quia inter masculum & Masculam non est differentia nisi u & a.


§. 11. Obj. §. 5. dixisti, virgines esse entia non integra sive non perfecta argument: Perfectum est juxta descriptionem Jac. Martini in Metaphysic. p. 408. Theor. I. cui nihil de est ad suam, quæ ei debetur integritatem; vel juxta Cambachium: perfectum est, quod a bono non deficit. Sed hæc universaliter se habent vera in omnibus, quæcunque existunt. Quicquid vero est, id ea habet, quæ ad suum esse requiruntur Impossibile

enim


enim est idem simul esse & non esse, Quicquid Ergo est, id est perfectum. Jam vero essentia esse est indivisibilitas nec *περ τέρω*, nec *αφαρτεω* admittens, adeoque perfecta erit virgo, si hæc ad ipsam applicabis. Sed responderetur negando, quamvis enim theti e se vera habeant, tamen hic applicaive vera non erunt, eadem enim sic erit proportio, quæ inter Sphæram atque Cylindrum. Argumentum enim formatur metaphysice sed nos agimus hic de physica perfectione, & sic negamus quod sint perfectæ. Contrarium probatum ituri ita: omne incompletum est imperfectum, sed virgines sunt incompletæ, Ergo sunt imperfectæ, Ergo refartibiles. Major est Metaphysicorum; Minor Physicorum, Ergo & conclusio vera erit. Si vero hoc quænam privatio, potius positio aderit. Transcendentaliter vero & generaliter, quamvis & concederem virgines esse perfectas, tamen speciali in sensu negare me oportet quia sunt substantia, jam vero hæc quæ tales in se ferre se unten liegen, perfectæ non, sed adhuc perficiendæ; ut adeo si ipsorum forma (virginitas) non esset divisibilis (est enim & actu primo & secundo divisibilis) perfectæ essent. At indivisibilitas eis non competit, Ergo. Et præterea in aprico est supra datam descriptionem Cambachii hic non esse applicabilem, quod si nihil ipsis desit &c. cum plus minus ipsis desit, quare opus ipsis est Studiosorum patrimonio, tanquam ente entis entia producente, denn das kan die Jungferu am besten entreteniren. Item --- quod a bono non deficit. Hæc in usum nostrum potius cedant, quippe illæ omnino deficiunt a bono, quo Studiosi tantum sunt donati. Et si etiam provocaret aliquis ad ipsorum bonum materuum. Ipsum tamen si vel boni nomine veniat non nisi in privatione consistit, adeoque est non ens. Sed Studiosorum est ens positivum, adeoque privationi ipsarum succurrendæ maxime aptum.

§. 12. Si quis vel hoc obj. divisio virginis tollit virginitatem, adeoque privationem indicat, propter additum diminuens. Illi hoc inferviat responsioni, quod diminuens in sensu morali sumtum hic non habeat locum, sed potius illud additum sit augens. Unde tantum abest ut non ea propter sint virgines, ut magis contrarium pateat, non enim cedit ipsis in diminutionem, sed potius in augmentationem, virginitas igitur earum per cebras actiones & nixus habitum sibi acquireret, unde virgines in Superlativo sint & maneant. Sed sufficiat hæc talia dixisse, virgines adeoque ut publici odii victimas abhorreamus. Quibus præmissis annexa cupiebat gratulaturus:

Auf, auf, Ihr Musen auf, wie? wolt Ihr stille seyn?
 Kommt iho Freuden-voll, mit euren Wunsch herein,
 Wünscht Glück, bedenckt euch nicht Ihr dürfft nicht draussen stehen,
 Herr Mädeln läst mit Ruhm der Weißheits-Probe sehen
 Und daher kömmt Er auch mit Recht zu neuen Ehren,
 Als deren Wachsthum soll kein Unkraut hindern, stöhren.
 Er fänget glücklich an, Er fahre glücklich fort,
 So kömmt Er noch dereinst zur hohen Ehren-Pfort.







...na classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVA-
...aspera ad astra itur per varios casus per tot di-
Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore
...um vitæ extremum inter munera naturæ ponat
...ne dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores
HERCULIS ærumnas ducat sævosque labores &
...is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarij Excellentia §. IX. Juncto Pen-
cursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi-
§. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no-
runt.

§. II.


...r NOBILISSIMO ex se nato inest Epictetis, So-
Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet ca-
lem, i. e. Sie ist im Kopff und nicht auf den
... non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in to-
vit in mundo, quasi extra mundum, infra coc-
oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra-
... Loquimur autem præprimis de Politico eeu
quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II.
in tempore Stulticiam omnium vitiorum matrem,
ubitu & commodo erigi. Divites ignobiles ocu-
Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet.
virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen
hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens.
um NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts
ydens = Befreyung, naturalem bonitatem, &
em ducentia. Cum his autem conjunctam de-
benes animum fidelissimum.

§. III.

...emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher,
... respicit propria, non Personalia. Studer fi-
... en wackern und edleren Manne decenti. Uni

B 2

contra



the scale towards document